The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus
Caput 17: De laude superne felicitatis et premio eterno (6b)

Idem (Bernardus): Mira serenitas, plena suavitas, eterna securitas,	In quibusdam dictis. mira serenitas: plena suauitas: eterna securitas.	Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cum error videlicet a ratione, a voluntate dolor, atque a memoria timor omnis recesserit, et successerit illa quam speramus mira serenitas, plena suavitas, aeterna securitas. Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 11.6 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.58, ll.7-9.
iam non est timor in finibus eius, quia posuit dominus fines suos pacem, nullus inimicus ibi intrat, nullus amicus exit,	Iam non est timor in finibus tuis, quia posuit dominus fines tuos pacem. Nullus inimicus intrat. nullus exit amicus,	Qui posuit, inquit, fines tuos pacem, et confortavit seras portarum tuarum, ita ut nullus inimicus intret, nullus exire possit amicus. Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 16.7 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.149, ll.6-8).
nulle ibi temptationes, nulla ibi cogitationum turba sese confundit, quia ille qui omnia idem identitate consolidat atque coniungit.	nulle ibi temptationes, nulla ibi sese cogitationum turma confundit. quia ille qui idem est: omnia in identitate consolidat atque coniungit.	Nullae ibi tentationes, nulla sese cogitationum turma confundit, quia versipellis ille contortor longe est a muris tuis et a filiis tuis; et ille qui idem est, omnia in identitate consolidat atque coniungit, cuius participatio, inquit, in idipsum. Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 19.3 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.163, ll.1-4).
Nulla iam temptandi facultas, nulla inquietandi libertas, nocendi nulla possibilitas, voluntatis dei nulla erit transgressio.	Nulla iam temptandi facultas. inquietandi nulla libertas. nocendi nulla possibilitas. voluntatis dei nulla erit transgressio. Guillelmus de Cortoriaco (Guillaume de Courtrai, OSB), *Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis*, 5.47 (Paris, P. Pigouchet, 1499 (ISTC ib00390000, fol.45va).	Nulla iam tunc tentandi facultas erit, inquietandi nulla libertas, possibilitas nulla nocendi. Replebitur maiestate eius omnis terra, quando iam voluntatis eius transgressio ulla non erit, magis autem quando creatura ipsa liberabitur a servitute corruptionis huius, propter quam ingemiscit et parturit usque adhuc. Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in dominica I. Nouembris*, 2.1 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.307, ll.10-14).